

cit, sequutus Oldradi doctrinam in d. consilio 82. & aliorum.

Aliud autem fundamentum est ex l. 3. §. non perpe-  
tuo, ff. de sepul. viola. quo caverit, quod his qui se-  
peliendi jus habent, jus competat etiam per alienos vi-  
cos & territoria, funera ipsa deferendi, ad quod facit  
etiam l. 1. §. usfruct. ff. ususfructus quemad. caveat. l.  
damna esto, ff. de ususfructu legato, quibus responde-  
re, procedere, quando aliter ad sepulchrum non pos-  
sit aditus adhuc, quam per fundum, seu agrum alienum,  
quod nos monachis non negamus, sed tantum  
in modo ducendi, an ipsi, vel potius Rector proces-  
sionaliter cum capa, & cruce, precedens (eui de jure  
competit) queant exportare cadaver.

Ex quibus aliam poteris vincere difficultatem, quam  
paucis antea diebus habuimus in hac civitate inter  
duos Parochos ejusdem, dum Parochianus unius su-  
bito in Parochia alterius transeundo obiit; & uterque  
Parochus pro cadavere sepeliendo, non parum  
certabat. Quos igitur breviter compono; nam cum  
Parochianus non mutasset domicilium, nec Parochiam  
propriam, nec eo animo in alienam, ut obiret, re-  
cessit, ideo non mutat sepulturam, maximè quando  
commodè ad eam exportari potest cadaver, ut in for-  
tieribus terminis probat text. in cap. is qui habet, de  
sepult. lib. 6. & notat. in cap. fin. eodem tit. & lib. & ex  
his que Abb. & ceteri communiter notant in cap. i. de  
sepult. & Sylv. in summa, verbo sepul. §. 8. quarto, versic.  
ad peregrini, & advena, §. pavonum, & ea, que Bargoz  
de Paz latè n. 3. Tauri, à num... quod non examino,  
quia mei non est; sed illud tantum advertam, ut Pa-  
rochus proprius, licet ad ejus Ecclesiam pertineat ca-  
daver; non tamen poterit cum capa, cruce, proces-  
sionaliter alterius ingredi Parochiam, ubi decessit, altero  
prohibente Parochio, ex his que huc usque superius dicta  
sunt circa monachos, quod in quibuscumque obtiner-  
fic in hoc solet extrahi corpus sine solemnitate, seceret,  
puta; & in propria domo ponit, indeque solemniter à  
proprio Rectore deferri, & hoc jure utimur.

Quando autem unus in una Parochiali Ecclesia au-  
dit divina, & in alia percipit sacramenta, vel est Pa-  
rochianus duarum Ecclesiarum, si utriusque Ecclesia  
habet jus funerandi, inter Parochos ipso loco erit  
præventioni argumento text. in cap. si duobus 14. de re-  
script. in 6. sed obventiones quartæ dividuntur, text.  
est in cap. cum quis, de sepult. lib. 6. & ibi not. sed qua-  
stio est, quando nulla adfuit prævention; sed inter ut-  
roque Parochos contendentes, controversiam istam  
decidit Sylvest. ubi proxime, d. q. 8. versic. si autem in  
una Ecclesia, Diœcesanum, hoc est, Ordinarium ipsos  
ad concordiam reducturum, sic ejus arbitrio relinquit  
compositionem, quod nota.

Unum tamen Ordinario adverto, ut dum compo-  
nit has controversias ortas in tumulandis defunctorum  
corporibus ea jam sepulta (etiam de facto, & ab eo  
Rectore, vel religiosis, quibus id non competebat)  
nullo modo faciat exhumare, & à sepulchro trans-  
mutare, quia magis consideratur à jure scandalum, cum  
eorum exhumatio, etiam in his, quibus jus maximum  
attribuit privilegium, ut in attentatis nullatenus, e-  
tiam labo attentati vere, & clarè existente, & intenta-  
ta pars obtinere potest, quominus cadaver attentan-  
do sepultum, in eadem remaneat sepultura, usque ad  
sentientiam diffinitivam in principali ferendi, propter  
scandalum hoc consideratum, ut censuit Rota in de-  
cisi. 8. 3. in antiquis, & ad longum comprobavit Lance-  
lot. Robert. in tractatu de atten. ad id text. expressus in  
cap. ex parte, de sepultura, ubi non per viam attentati-  
ti, restituitur cadaver sepulcum post appellationem,  
etiam si idem judicium fuit propositum, sed per sen-  
tentiam diffinitivam in iudicio Ordinario, & princi-  
paliter.

Salgado de Protest. Reg.

X 3 Animad-

## 244 De Regia Protect. vi oppress. appell.

Ordinaria Episcopi, quatenus ei conceditur in eorum  
privilegiis, c. porrò, cap. & cum plantare, de privile-  
giis, cum aliis, ideoque eorum privilegia inspicienda  
fore, an hoc sibi concedatur, ut absque Ordinarii li-  
centia extra claustra queant facere processiones, quod  
non credo sibi concessum esse, cum quotidie videmus  
ut ambitum non exeat. Quod etiam adverit Zerola  
proxime citato loco, quem vide, quod verum esse, sem-  
perque se ita vidisse servari, testatur Campanill. in di-  
vers. jur. canon. rubrica 12. cap. 13. sub numero 18. ante  
74 fin. explosa sententia Graffii consilio 20. opinant il-  
lis licere per triginta passus extra ambitum monasterii,  
juxta textum in cap. sicut antiquitus 17. quæst. 1. cui  
ipse respondet, & satisfacit, quod tunc hoc casu pos-  
sint regulares impediri, & puniri per Ordinarium (ni-  
si confuetudine, aut privilegio, id fuerit ab eis obtenu-  
tum) tenet relato Zerola, Cænedus canonica quest. 26.  
num. 18.

75 Secundò, quia non debet quis alienam Parochiam  
ingredi, ad aliquod officium divinum exercendum,  
competens Episcopo, seu Rectori, vel aliquid dis-  
ponendum contra voluntatem eorum, c. Episcopi, &c.  
seq. 7. quest. 1. c. nullus 9. q. 2. cap. scriptum, 6. q. 1. &  
cùm ad hoc Parochie facta fuerint, & ut singuli exer-  
citium divinorum officiorum commodi possint adimplere,  
toto tit. de Parochis, & ibi Doctores c. 1. 13. q. 1. &  
singula sint singulis commissis Rectoribus ex toto tit.  
de decimis, & quæ not. in cap. de mulia. de prebendis, &  
in cap. licet Episcopus, eodem tit. in 6. licet poterit Re-  
ctor volentes suam Parochiam ingredi, ibique divina  
exercere, prohibere, transire namque per agrum alienum  
jus non est cap. 1. 1. dist. maximè ubi transitus do-  
mino noxius est, ubi notat. & in cap. ead. 1. dist. quod  
probatur etiam ex text. in §. ferè, in fin. de rerum divisio-  
ne, l. per agrum, C. de semita, & aqua, quibus, & aliis  
juribus probatur, nulli venatori licere alienum fundum  
ingredi pro aucupatione, seu venatione, vel pro ave  
ibi existente capienda, invito & prohibente domino  
fundi, licet alijs cuilibet sit licita, liberèque permitta  
carum aucupatio, l. 3. l. naturalis, §. apium quoque ff. de  
acquirendo rerum domin.

Ergo eodem modo in præsenti quæstione videtur  
dicendum, quod licet permisum sit Monachis, ut ap-  
pellare possint cadaver ejus, qui apud eos elegit sepul-  
turam, non censeri debet sibi permisum, id ferre cum  
Cruce, & capa, processionaliter per alterius Parochiam,  
& in ejus præjudicium, nam licet quis in suo possit fa-  
cere, non tam in alienum immittere, l. licet, sicuti,  
§. Arift., ff. si servitus vindicetur, l. 1. §. idem ait, ff. de  
aqua pluvia arcenda, jus enim tertii in omnibus generi-  
cis concessionibus semper illibatum remanet.

Quod maximè procedit, cum portare funus ad  
Ecclesiæ, etiam alienam, Rectori eidem proprio  
Parochiali jure communi competit, ut exprestè pro-  
bat text. in c. cum liberam, de sepulturis, ibi: Quod cùm  
76 Presbyteri quidam corpus ejusdem mulieris, prout  
in ultima voluntate dispositum, ad eandem Ecclesiæ  
sepeliendum, deferrent, &c. & ita tenet ibi Joan. An-  
dreas, confirmat Oldrad. in cons. 82. num. 2. vers. nam  
& portare, & est reprobanda gl. ibi verbo dispossit, quæ  
sentire, videtur, mulierem esse Parochiam Mon-  
achorum sancti Vincentii, spoliantium fratres sancti  
Martini, apud quos elegerat sepulturam, quoniam dicti  
Monachi sancti Vincentii in ea ratione alios spoliav-  
er, sed de facto potius, & sic de facto emolumenta re-  
stituere coguntur, ut patet ibi in textu, cuius iste verus  
sensus est. Hanc partem in quæstione proposita tenet,  
& defendit similibus, ex relatis fundamentis, ubi sin-  
gulariter Oldradus in cons. 82. per totum Card. in Clem.  
dudum, §. hujusmodi, circa finem, de sepulturis, quem ve-  
riorem, & tutorem dicit Everard. in locis legalibus, in  
numero 84. adducit in terminis decisionem sa-  
criæ Congregationis Rituum in hæc verba: Prior  
Ecclesiæ

limitatur tamen dict. regul. pro qua dicit, se consuluisse,  
pro evitanda rixa, seditione; & aliis malis, quæ ex hoc  
provenire possunt, & idem tenet gl. in d. clem. dudum, §.  
verum super verbo integrè, &c.

Contrarium autem partem, ut Monachi possint 77  
processionaliter cum Cruce, capa, & aliis necessariis,  
invito Rectore intrare ejus Parochiam, & accipere,  
seu exportare funus, & alia consueta facere, tenet Ol-  
drad. sibi contrarium in consil. 22. num. 13. & 14. versic.  
circa secundum, &c. Geminianus in cap. ut animarum, 78  
de consil. lib. 6. Joannes de Ligna in d. Clem. dudum,  
& Petrus de Anchara, ibi, & idem Sylvester, in sua sum-  
ma, verbo sepultura, column. 4. vers. 4. queritur, &c. Sed  
à priori opinione, ut de jure veriori, magisque fundata  
non recedas, cui adjungere, poteris, quæ superius di-  
cta sunt pro Rectoribus, respectu suæ Ecclesiæ & Paro-  
chiae, eam universalis Hispaniæ consuetudo eligit, nam  
quando defunctus elegit sepulturam apud Religiosos  
regulares, Rector Parochianus cum capa, Cruce, &  
processione, præst Religiosis, ipseque cantat responsu-  
m defuncto, & similia consueta facit ceremonia, 79  
præcedendo, comitur usque ad monasterium, in cuius  
porta, seu ambitu de manu Rectoris cadaver recipit  
ultimum vale, aliudque responsum, juxta text. in d. c.  
cum liberum, de sepulturis, & Doctores in ejus confirma-  
tionem allegatos, postmodumque illud recipiunt mona-  
chi, cui vigiliam, seu missam ipsi celebrant, ceteraque  
defunctorum officia faciunt, quæ consuetudo, ut vides,  
rationibus, & authoritatibus vallatur.

In quo omnino servandum esse dicit Abb. in c. cum 80  
liberum, num. 4. versic. & nota hoc ultimum, ad medium,  
de Parochiis, Joan. Andr. in cap. certificari, eodem tit.  
& quæ supra hoc capite diximus, & inferior dicemus,  
quæque eriam operari, ut ipsi Religiosi ferant Cru-  
cem, quoties ad aliquod funus vocantur, quamvis  
apud eos cadaver minimè sepeliantur, sicut Ordina-  
rius in controversiis, circa hæc ortis, rem potest com-  
ponere.

Comprobatur, quia propter jurisdictionem, quam 81  
habet Parochus in sua Parochia, non potest funus le-  
vari sine illius licentia & ante aquam per eum dicatur  
antiphona Subvenite, ut declarat Immola clem. dudum,  
col. 16. ante medium vers. nota bene, num. 66. & ibi Card.  
in §. hujusmodi in fin. de sepulturis. Oldradus consil. 82.  
ante fratres, n. 2. vers. ante portare, Grat. disceptat. foren.  
c. 298. à n. 12. cum sequentibus, & 79. quod etiam dicit  
post alios, hoc procedere, quamvis aliis Ecclesiæ extra  
parochiam liberè sepultura concedatur, ut per gl. in  
clem. dudum, §. verum, ut Parochiales, in verbo integrè  
de sepultur. Abb. Ancharen. & sicut Parochus præfertur  
cunctis in administratione Sacramentorum Parochiani,  
ita etiam erit præferendum in sepultura, quasi illa magis  
videatur accedere ad communionem divinorum officio-  
rum, nam licet septem sint Sacraenta Ecclesiæ; ta-  
men etiam ultra ea dicuntur largè Sacraenta, omnes  
res sacræ, ut post Federicum Geminianum in c. alma  
mater, §. in festivitatibus, num. 8. ad fin. versic. & ista  
videtur verior opinio, & ibi latè Costa num. 7. usque ad  
num. 10. de sentent. excomm. lib. 6.

Et quod Parochus in funeralibus debeat omnes præ-  
cedere, quia ipse fungitur officio suo in habitu Sacer-  
dotali, videlicet; cum oratorio, & stola, prout in om-  
nibus Sacramentis, quæ stola significativa est potesta-  
tis præcellentis, ac jurisdictionis, ut multa scitu dignis-  
simæ congerit Gratian. ubi proxime à num. 54. cum plu-  
ribus sequentibus, qui num. 64. post sanctum Anton. in  
summa 8. part. tit. 20. cap. 4. §. 2. & Chassaneum, dicit, ut  
quod operatur pallium inter Episcopos, operatur etiam  
stola inter Sacerdotes, & num. 81. adducit rituale Ro-  
manum in terminis probans præcedentiam Parochi,  
& numero 84. adducit in terminis decisionem sa-  
criæ Congregationis Rituum in hæc verba: Prior  
Ecclesiæ

98 Animadverto etiam, ea quæ haec tenus congregata sunt, ex quibus diximus, debere Ordinarium in controversiis componendis & in processionibus; & similibus ortis (præ oculis suis habere, ut suum animum, & arbitrium melius possit informare) non ita necessitate ipsum, ut si omittat, suam queat compositionem executioni mandare absque meru violentiae, ea namque pertinent ad iustitiam principalem, seu iustitiam, judici superiori de appellationis causa cognituro referuntur, & pertinentem; non tamen ipsa nullam compositionem reddere queunt, ut locus sit regula. l.4. §. condemnatum, ff. de re judic. scilicet sententiam nullam non mereri executionem, & judex, qui eam exequitur, deferendo appellationi, ab ea vim facere, de quo latius suo loco agendum est Deo dante 3.p. cap. 9. a prime.

99 Insuper unum porrò necessarium est adverteret ut appellationi, quæ prohibita extat per d. Concilii Trid. 13. seß. 2. 5. de regul. de quo ad principium à compositione supradictarum controversiarum, non ita absolute intelligenda est; sed tantum quoad unum effectum suspensivum: ita probat Cardinalium declaratio super eodem capitulo, verbo. *amota omni appellatione*, in hac verba: Intellige ad effectum suspensivum, sed cum provenit sententia Episcopi, bene appellari poterit ad effectum devolutivum, ex congregatione sententia in una Hieracensi, &c. Haec tenus de declarat. fol. mibi 436.

100 Ultimo loco pro hujus capituli complemento animadverto, quod licet Ordinario talis compositione sit concessa super controversia in processionibus, aliud erit dicendum de maleficiis, vulneribus, & delictis ibi commissis: putat, inter exemptos, vel laicos, quia tunc Judex, qui alias debet de eis cognoscere, & animadversio pertinet, puniri competit; ita in simili dicit Oldrad. *in suis consiliis*, quem vide *in repertorio*, verbo, *compositio facta de contr. &c.* & per id inquire consilium, quia in meis & aliis nunquam repetere potui, sed nihilominus doctrina in se juridica est.

101 Ulterius circa hoc cap. 13. de reform. seß. 2. 5. de regula, ut quamvis ex eo detur Episcopo facultas ad secundas controversias ortas inter ipsos regulares, iotelli, tantum debere, dicit Decianus lib. 2. consil. 6. 3. num. 10. quando ex ipsis controversiis sequitur scandalum; si autem illud non sequatur, non cognoscet Episcopus, quem etiam sequitur Cænedus in q. c. 26. 217. pro quo sunt ponderanda illa verba ejusdem Concilii ibi 17. quæ persæpe cum scandalo oriuntur.

102 Unum tamen quotidianum obiter non omissum, ut exempti omnes tam saeculares, quam regulares quicunque, etiam Monachi, ad publicas processiones vocantur, accedere compellantur, iis tamen exceptis, qui in strictiori clausula perpetuo vivunt, juxta Concilii Trident. dispositionem cap. 13. seß. 5. de regul. teneant etiam Zerola *in præxi Episc.* 1. part. verbo processiones, sub §. 1. & verbo. ad secundum, & iterum verbo excommunicatio, de causa mater. §. 4. verbo. 2. qui loquuntur de compulsione per censuras, penas pecuniarias, aliique juris opportunitati, optimè Enriquez l.7. c. 25. verbo. ut si vocati, & num. 7. verbo. hinc sequitur assertiones non solum posse Episcopum in hoc casu procedere censuris Ecclesiasticis, sed etiam aliarum pecuniarum punitione, Paul. Fuscus tract. de visit. l.2. cap. 8. n. 12. Cænedus in quest. can. q. 26. n. 16. qui post Zerolam refert sacram Congregat. Cardin. *declarat.* 32. ita censuisse, regulares, qui non accedunt ad processiones ab Episcopo indicatas, posse ab eo puniri per censuras, & penas arbitrarias, & alia iuris remedia.

Confraternitates tamen laicorum nequeunt compelli, sed allici, & incitari, ut tradit Gratianus d. decis. 2. 2. 2. n. 13. Perez de Lara ubi proxime, num. 16. & 17. affirmantes, ita fuisse decusum à sancta Congregatione, sed si fecerint votum eundi, possunt compelli ad observantiam voti, I. profanos, C. de pagani, l.2. §. si decimam, ff. de pollicitationibus, cap. ex parte, de censibus. Sed contraria, imò quod confraternitates laicorum eodem modo possint compelli ad processiones accedere, testatur, decus fuisse Papix Marcerat. eiusdem curie decis. 66. Barbosa *in remissio.* ad Concil. d. c. 23. seß. 5. de regular. n. 3. ante finem, & vide Sart. dec. 5. de officio ordin.

ta fuit antiqua Doctorum controversia in c. ximis, cl. 2. de excessibus prelatorum. Felin. in cap. dilecto, de officio ordin. an scilicet, & quando potuerit Episcopus regulares vocare ad processiones, necne.

Regulares autem, qui absunt à civitate ultra dimidium milliare compellendi minimè sunt, ut declaravit sancta Congregatio, teste Gratiano ubi proxime, n. 9. 10. Aloys. Ricc. Curia Archiep. Neapol. decis. 31. Barb. in d. remiss. n. 7. Lara, Campan. & Leo, ubi supra, & hi duo ultimi idem dicunt de exemplis, qui sunt nullius dicecisis, vel extra civitatem in locis, in quibus habent plebem, qui cum illa plebe debent facere processione, juxta alteram ejusdem Trid. declaratio. 106 nem relata ab eodem Joanne Franci. Leone, velut etiam hi regulares compelli non possunt ad processiones accedere eo in loco, in quo habent consuetudinem legitimè acquisitam, non accedendi, prout sit declaratum à sacra congregatione rituum, se videlicet testatur Joan. Hieronym. Campanill. diversi. jur. canon. rubr. 12. c. 13. à n. 117. fol. 749. ad quos te remitto; cui consonat, quod dicit Felin. in cap. dilectus, n. 7. de officio ord. ut hujusmodi processiones, ad

111 Hæ tamen processiones, ad quas accedere, possit Episcopus compellere supradictos, debent esse publicæ, ut declaravit sancta Congregatio, de qua, & quales particulares, & de natura processionum, & alii difficultatis, vide Capell. Tholosa decision. 48. 5. late, & optimè Zerol. in præxi Episc. 1. p. verbo processiones, Campanill. diversi. jur. canon. rubr. 12. c. 13. à n. 117. fol. 749. ad quos te remitto; cui consonat, quod dicit Felin. in cap. dilectus, n. 7. de officio ord. ut hujusmodi processiones, ad

113 quas religiosi compelluntur, debent fieri ex gravi, &

114 utenti causa, quod etiam censent Abb. in cap. nimis præva. n. 3. & ibi optimè Marian. Socin. ex n. 7. de excessibus prelatorum, Cæned. quest. can. 26. sub num. 15.

## Pars II. Cap. X.

247

libus, quando simul cum cause cognitione cognoscit de natura appellationis an sit privilegiata.

25 Secus si hujusmodi causa cognitionis sit omessa.

26 Concil. Trident. sess. 2. 5. de reform. cap. 14. declaratur. & à num. 8. 1.

27 Inhibitionem non canonicanam, & nullam de stylo Rotæ causare attentata quomodo intelligatur, & seqq.

28 Stylus Rotæ extra Rotam non attenditur.

29 Inhibitione temporalis, que, de qua in l. 55. titul. 5. lib. 2. recip.

30 Super secessor utuntur judges Ecclesiastici omnes, ut per aliquod tempus inferior supersedeat in causa, donec exportentur acta, & ex eis se informet ad inhibendum, vel remittendum.

31 Inhibitione temporalis per aliquot dies an recipiat appellationem, & seqq.

32 Forma inducta ad actum perpetuum, non extenditur ad temporalem.

33 Jurisdictio dilata non dicitur ablata.

34 Supercessoria ad quem effectum sit inducta, & quibus casibus locum habeat.

35 Inhibitionem temporalem non posse expediri absque causa cognitione, fundatur.

36 Inhibitione temporalis quod pariat inconveniens.

37 Inhibitionem temporalem prohibet lex Regia etiam auditoribus.

38 Ad absolutionem appellantis non debet procedere superior, nisi vijs actis.

39 Inhibitione temporalis eandem de jure solemnitatem requirit, quam inhibitione perpetua.

40 Inhibitione etiam temporalis, que servatur forma, appellationem non recipit.

41 Forma omissione reddit actum sui natura privilegiatum appellabilem, & attentatum inducit.

42 Inhibitionis requisitu habentur pro forma ipsius, juxta Trident.

43 Forma omissione vitiat actum.

44 Actis ad Principem exportatis per viam recursus judex Ecclesiasticus ex urbanitate tenetur supersedere.

45 & 46. Inhibitione virtute appellationis à diffinitiva requirit causa cognitionem, & in appellatione ab interlocutoria.

47 Supercessoria requirent cause recognitionem in puncto juris verius est.

48 Supercessoria stylus apud omnia judicia Ecclesiastica prevaluit, & vim non fieri decernit Senatus.

49 Supercessoria expedita judex contra partem, ut in aliquo actu supersedeat. quo parte non citata revocatur; revocatio tamen intimatur.

50 A judice dante se pro inhibitedo virtute inhibitionis legitime appellationi non esse deferendum, Senatus decernit.

51 A judice dante se pro inhibitedo vigore inhibitionis nulla, & non canonice, appellationi vel defertur, vel tertium genus datur.

52 Inhibitione expedita ab uno judice degente in unius Senatus districtu contra alium in alio districtu existentem, quis Senatus pro tollenda violentia sit adeundus, ubi tres casus distinguuntur.

53 Senatus is adeundus, sub cuius districtu est judex, à cuius inhibitione appellatur.

54 Appellatio proponenda est coram eo judice, à quo appellatur.

55 Appellationem an sufficiat presentare in officio notarii postea legendam judicii.

56 Inhibens judex à cuius facto dumtaxat appellatur, vim facit absque alterius dependentia, cuius districtus attendendus est ad recursum Regium.

57 Mandans committi delictum in alio territorio, quo districtus sit puniendus,

58 Senatus is adeundus, sub cuius districtu stat judex à quo appellatur, quia iniuste dedit se pro inhibitedo.

X 4 Senatus

## CAPUT X.

A duobus judicibus delegatis, seu & aliis, in eadem causa se invicem inhibentibus, hinc inde appellationi emissæ, quis eorum non deferens vim faciet, & qui, si existant in diversis Senatum districtibus, ad quem sit recurrendum, ut uter vim faciat, declaratur: & generaliter quid, & quando à qualibet inhibitione, sive perpetua, sive temporali appellatione legitima dicatur.

## SUMMARIUM.

1 Inhibitionis materiali qui tractent.

2 Ab inhibitione appellationi si non deferatur, an vis fiat.

3 Inhibitione dicitur sententia merè interlocutoria.

4 Ab interlocutoria non licet appellari.

5 Inhibitione an sit interlocutoria habens vim diffinitiva.

6 Interlocutoria quæ judex se competentem, aut incompetentem declarat, habet vim diffinitiva.

7 Interlocutoriam habentem vim diffinitiva judex revocare non potest.

8 Inhibitionem potest idem judex revocare, & reformare.

Inhibitionis revocata, & reposita effectus quales, ibid.

10 Inhibitionis revocatio an suspendatur per appellationem, ita ut gesta à judice inhibitedo sint attentata.

11 Et quid si continet damnum irreparabile, aut ipsa revocatio habere vim diffinitiva.

12 Inhibitionis revocatio sive expressa, sive tacita per remissionem cause inferiori, non suspenditur per appellationem.

13 Inhibitione non causat gravamen irreparabile.

14 Ab inhibitione expedita absque causa cognitione appellatio licita est.

15 Ab inhibitione canonice expedita, sive ab ejus revocatione appellationi non deferens vim non facit.

16 & 17. Inhibitione non canonice expedita justam reddit appellationem suspensam.

18 Sententia nulla sive interlocutoria, sive diffinitiva etiam alias privilegiata executionem non meretur.

19 Inhibitione minus canonica nulla est, & inferiorem judicem non ardet.

20 Inhibitione canonica fit per causa cognitionem, & partis citationem.

21 Causa cognitione ad inhibitionem expediendam quemadmodum per superiori sit adhibenda.

22 Inhibitione de causis nulla reddit.

23 Inhibitione quod non causat attentata in notoriis, & in confessu & convictu, & quod illa causet etiam, ubi sententia sit privilegiata quomodo intelligendum.

24 Inhibere potest superior etiam in causis non appellabi-